Apud Joannem martini not. publicum Barcinone

234-47 N. 181

1

Instrumento recepto penes me Johanne martini regia auctoritate notarium publicum barcinone Infrascriptum duo decimo die mensis nouembris anno anatiuitate domini millesimo Quingentesimo Quadragesimo Quarto fuit testificatum quoddam donacionis Instrumentum cuius aprisio est serici sequentis Catherina vxor Anthonij calbus quondam raiolerij ciuis barcinone propter plura grata et accepta seruicia que vos discretus petrus fullater presbiter In ecclesia barcinone residens michi Impendistis et Impendere cotidie non desinitis et continue prompto corde ut quarum remuneracione me reputo vobis quamplurimum obligatam Idcirco in aliqualem dictorum seruiciorum remuneracionem et etiam propter nimium dilectionis effectum quem gero apud vos Gratis et donacione scilicet pura per fecta simplici et Irreuocabili Inter viuos per me et omnes heredes et successores meos quoscumque Dono et titulo ac ex causa donacionis de presenti et in omni casu concedo vobis dicto discreto petro fullater tanquam bene merito presenti et Inferius acceptanti totas illas domos cum vno portali ex In via publica aperienti cum Introitibus exitibus Juribus et pertinenciis suis quas ego habeo et possideo In presenti ciuitate barcinone in vico dicto den Juglar Et tenentur vt fertur per rectoria Sancti Cucuphatis de rego et eius rectorem nomine eiusdem rectorie ad censum viginti quatuor solidorum Anno quolibet soluendorum certo termino et per beneficia beate Marie de Sperança et Sancti Michaelis in eadem ecclesia Sancti Cucuphatis construncta ad

2

censum duodecim solidorum anno quolibet solvendorum
certo termino Et terminant dicte domus ut asserit
ab oriente In tenedone honor Joannoti Salba domicelli
barcinone domiciliati A meridie in honore discreti
petri mercer notarii civis barcinone Ab occidente In
vico den Juglar Et a circio in honore dne Johane uxoris
Anthonii arboli olerii civis dicte civitatis Et spectat
etc. Hanc autem etc. Sicut etc. Sub pacto et condicione
quod predictas domos ullo umquam tempore non possitis do
nare vendere nec aliter alienare diverse vel Indi
recte nec quamvis causa dne Marie burgueta uxoris
guillermi burgueta barraterii civis dicte civitatis
Quod si feceritis presens donacio habeatur pro non facta
et ipso tunc dicte domus revertantur michi si vixero sin autem
non vixero heredi meo quicumque fuerit Et cum pacto et
condicione predictis extraho predicta de Jure dominio
et posse mei et meorum Eademque omnia et singula etc.
Preterea ex causa huiusmodi donacionis etc. Cedens
Iura etc. Quibus Iuribus etc. Ego enim etc. Salvis etc.
Insuper convenio et promitto vobis quod presentem donacio
nem et omnia alia et singula supradicta semper rata
valida atque firma habebo tenebo et observabo etc. et
in nullo contrafaciam vel veniam racione Ingratitudinis
etc. nec aliquo Iure etc. Renuncians legi sive Iuri dicenti
etc. donacionem posse revocari vel Irritam fieri propter
Ingratitudinem etc. et cerciorata beneficio velleyani etc.
et omni alii Iuri etc. Iuro etc. hec igitur etc. Adhec

ego dictus petrus fullater accepto dictam donacionem
cum multiplici graciarum actione Et Inquo Instro
presentibus Intervenerunt discreti Joannes arrua prebr
Barcinonen et Michael mari serviens in Ecclia barcinone
beneficiatus ac petrus thalavero notarius publicus barcinone
prout Jn dicto Instrumento latius videre est

Item alio Instrumento penes me Jam dictum et Infrascriptum
Johanne marini notario recepto vicesimo secundo die
mensis Septembris Anno a nat. domini Millesimo
1547 [illegible] Quingentesimo Quinquagesimo septimo fuit testificatum aliud donacionis Instrum cuius aprisia est teno
ris sequentis Petrus fullater prebr Jn Ecclia hospitalis
Sancte Crucis Barcinone deserviens bono amore et
spontanea voluntate donacione pura etc Dono vobis
vener raymundo serra prebro in Ecclia predicta hos
pitalis Sancte Crucis barcinone deservienti presenti
et Inferius acceptanti de presenti et in omni casu totas
illas domos cum uno portali etc Jn via publica aperienti
cum Introhitibus etc quas ego titulo donacionis michi
facte per dominam Catherinam uxorem Anthonii calbus Jn
raioleri civis barcinone cum Instrumento recepto Jn
posse notarii Jnfrascripti xii. mensis novembris Anno
a nat. domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo
Quarto habeo et possideo Jn presenti civitate barcinone

GOBIERNO DE ARAGON

4

In vico dicto den Juglar Et tenentur vt fertur
per rectoriam Sancti Cucuphatis de rego et eius rectore
nomine eiusdem rectorie ad censum viginti quatuor
solidorum Anno quolibet soluendorum In festo nati
uitatis domini et per primum benefficium beate
marie de Speransa et Sancti Michaelis In eadem
Ecclesia fundata communiter et pro Indiuiso ad cen
sum duodecim solidorum In dicto festo natiuitatis domini
Et terminantur dicte domus vt asserit ab oriente
In tenedone honor Joannoti Salba domicelli barchinone
domiciliati A meridie in honore heredum discreti petri
merçer notarii ciuis dicte ciuitatis Ab occidente In
vico den Juglar Et a circio In tenedone domine
Joanne vxor Anthonii arboli olerii ciuis dicte ciuitatis
Hanc autem etc Sicut etc Et extraho etc Cedens Jura
etc Quibus Juribus etc Ego enim etc Saluis etc
Promittens predictam donacionem etc Renuncians
legi etc Juro etc Cuius Juramenti virtute Jurarunt
ambe partes In vim constitucionis etc Adhec ego
dictus Raymundus Serra accepto dictam donacionem
etc Et In quo Instrumento presentibus Interuenerunt
discreti Johannes manresa et Johannes laurencius Juris
causidici ciues ac petrus thalauera notarius publicus barchinone
prout In dicto Instrumento videre est /.–

Petrus thalauera Auctoritate
Regia notarius publicus Barchinone vice
et loco dicti honor et discreti
Joannis martini cortei et eadem
Auctoritate connotarii sui negotiosi Ex
licentia sibi impensa per honor regentem
vicariam Barchinone premissis fidem facit.